Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

Pro iter agentibus

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

Pro iter agent. Lec. lib. genes.

In diebus illis. Profectusque est israhel cum om
nibus que habebat. & uenit ad puteum iuramen
ti. Et immolatis ibi uictimis deo patris suo isa
ac. audiuit eum per uisionem nocte uocantem
se. & dicentem sibi. Iacob iacob. Cui res
pondit. Ecce adsum. Ait illi deus. Ego sum for
tissimus deus patris tui. Noli timere. & des
cende in aegyptum. quia in gentem magnam fa
ciam te ibi. Ego descendam tecum illuc. & ego
inde adducam te reuertentem. SEC. MATH.

In illo tempore. Dixit ihs discipulis suis.
Euntes praedicate dicentes. quia adpropin
quauit regnum caelorum. In quamcumque autem
ciuitatem aut castellum intraueritis. interro
gate quis in ea dignus sit. & ibi manete donec
exeatis. Intrantes autem in domum. salutate
eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidem
domus fuerit digna. ueniet pax uestra su
per eam. Si autem non fuerit digna. pax uestra
ad uos reuertetur. Et quicumque non receperit
uos neque audierit sermones uros. exeuntes
foras de domo uel de ciuitate. excutite pulue
rem de pedibus uris. Amen dico uobis. tole
rabilius erit terrae sodomorum & gomorreorum

in die iudicii · quam illi ciuitati ·

IN MISSA UOTIUA · LEC̄ ISAIE PPH̄

Haec dicit dn̄s ds̄ · In die illa deferetur munus dn̄o exercituum · & rex fortis dominabitur eorū · In die illa erit altare dn̄o in medio terrae · & cognoscetur dn̄s & colent eū in hostiis & muneribus · & uota uouebunt dn̄o & soluent · Et reuertentur ad dn̄m · & placabitur eis · & sanabit eos · In die illa erit israhel benedictio in medio terrae · cui benedixit dn̄s exercituum dicens · Benedictus populus meus · & opus manuū mearū · hereditas mea israhel · dicit dn̄s omnipotens · SEC̄ MARCŪ

IN illo temp̄r · Sedens dn̄s ih̄s contra gazophilatiū · aspiciebat quomodo turba iactaret aes in gazophilatiū · Et multi diuites iactabant multa · Cum uenisset & una uidua paupercula · misit duo minuta qd̄ est quadrans · Et conuocans discipulos suos ait illis · Amen dico uobis · quia uidua haec paupera · plus omnibus misit qui miserunt in gazophilatiū · Omnes enim · ex eo quod abundabat illis miser̄ · Haec uero de penuria sua omnia quę habuit misit totum uictū suum ·

PRO INFIRMIS · LECTIO